

INCIPIIT EPISTOLA TELESPHORI<sup>1</sup> PAPAE DE IEIUNIO SEPTEM EBDOMADARUM ANTE PASCHA ET DE MISSARUM CELEBRATIONE IN NOCTE SANCTA NATALIS DOMINI ET, QUO TEMPORE ALIIS DIEBUS MISSAE<sup>2</sup> CELEBRENTUR<sup>3</sup>, ET DE EPISCOPORUM DEFENSIONE<sup>4</sup>.

5 [H. 1] Carissimis fratribus et dilectissimis episcopis Telesphorus<sup>5</sup> Romanae urbis archiepiscopus salutem in domino.

Credimus sanctam fidem vestram in apostolorum<sup>6</sup> eruditione fundatam hanc tenere et hanc populis universis exponere, quae videlicet a constitutis apostolorum eorumque successorum nulla ratione dissentit<sup>7</sup>, per quos iustum est ceteros erudiri.

10 Quapropter cognoscite a nobis et cunctis episcopis in hanc sanctam et apostolicam sedem congregatis statutum esse, ut septem ebdomadas plenas ante sanctum pascha omnes clerici in sorte domini vocati a carne ieiunent, quia, sicut discreta<sup>8</sup> debet esse vita clericorum a laicorum conversatione, ita et in<sup>9</sup> ieiunio debet fieri discretio.

---

### Quellen:

7-9: *Credimus - erudiri*, Cass. hist. trip. V. 29.

10-12: *Quapropter - ieiunent*, Telesf. vit. c. 2. in libr. pontif.

14f.: *Et sicut - suis*, Ben, III. 211. (cf. Fab. 13, Steph. 7, Sixt. II. pp. 8, Euseb. 3, Iul. 19).

### Rezeption:

7-18: *Credimus – distincti*: Polycarpus V,1,8 (s. auch 50-60; 71-80).

7-20: *Credimus – studeant*: Coll. Ans. ded. XI,6; Ps.-Remedius c. 28.

10-13: *cognoscite – discretio*: Ivo, Decr. IV,25 (s. auch 19f.); Ivo, Pan. II,174 (s. auch 19f.).

11-14: *statutum – discretio*: Sentenzen c. 239 (s. auch 19-22); Anselm v. Lucca VII,156 (12: *statutum esse*] *Statuimus*) (s. auch 19-22); Gratian D. IV, c. 4 (12: *statutum esse*] *Statuimus*) (s. auch 19f.).

11-22: *statutum – nuntiatus*: Polycarpus III,25,1 (12: *statutum esse*] *Statuimus*).

14-16: *sicut – laicorum*: Sentenzen c. 46; Anselm v. Lucca III,29; Ivo. Decr. VI,313.

---

<sup>1</sup> TALEFORI VD38

<sup>2</sup> MISSA VD38

<sup>3</sup> CAELEBRANTUR I83; CELEBRENT VD38

<sup>4</sup> DEFENSIONE] DEFENSIONE DECRETA TELESPHORI V630

<sup>5</sup> talesforus VD38

<sup>6</sup> apostolorum eruditione *korr. aus* eruditione apostolorum O93

<sup>7</sup> *am Rande* discordat VD38

<sup>8</sup> *am Rande* divisa VD38

<sup>9</sup> *in fehlt* I83

Et sicut laici et<sup>10</sup> saeculares homines nolunt eos recipere in<sup>11</sup> accusationibus<sup>12</sup> et infamationibus suis,  
 15 ita nec clerici debent eos recipere<sup>13</sup> in impulsationibus suis<sup>14</sup>, quoniam in omnibus discreta debet  
 semper<sup>15</sup> esse et segregata vita et conversatio clericorum a<sup>16</sup> saecularium laicorum. Et sicut hi  
 amplius sunt applicati divinis cultibus<sup>17</sup> et familiares domini dicuntur salvatoris, ita moribus et  
 conversatione atque sanctitate debent esse distincti.

Has<sup>18</sup> ergo septem ebdomadas omnes clerici a carne et deliciis ieiunent, et hymnis et<sup>19</sup> vigiliis  
 20 atque orationibus<sup>20</sup> domino inhaerere<sup>21</sup> die noctuque studeant.

[H. 2] Nocte<sup>22</sup> vero sancta nativitatis domini salvatoris missas celebrent et hymnum angelicum in eis  
 sollemniter<sup>23</sup> decantent, quoniam et eadem nocte ab angelo pastoribus est nuntiatus, sicut ipsa  
 veritas testatur dicens: Pastores erant in regione eadem vigilantes et custodientes vigiliis noctis  
 supra<sup>24</sup> gregem suum. Et<sup>25</sup> ecce angelus domini stetit iuxta illos et timuerunt timore magno. Et dixit  
 25 illis angelus: Nolite timere, ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo,  
 quia natus est vobis hodie salvator, qui est Christus dominus, in civitate David. Et hoc vobis  
 signum: Invenietis infantem pannis involutum et positum in praesepio. Et subito facta est cum

## Quellen:

21f.: *Nocte - decantent*, Telesf. vit. c. 2. in libr. pontif.

22-29: *Pastores - voluntatis*, Luc. II. 8-14.

## Rezeption:

19f.: *Has - studeant*: Ivo, Decr. IV,25 (s. auch 10-13) Ivo, Pan. II,174 (s. auch 10-13); Gratian D. IV, c. 4 (s. auch 12-14).

19-22: *Has - nuntiatus*: Sentenzen c. 239 (s. auch 12-14); Anselm v. Lucca VII,156 (s. auch 12-14).

21f.: *Nocte - nuntiatus*: Ivo, Decr. II,71 (s. auch 25-27; 46-48); Gratian D. I de cons. c. 48 (s. auch 25-27; 46-48).

21-29: *Nocte - voluntatis*: Coll. Ans. ded. XI,42 (s. auch 46-58); Ps.-Remedius c. 29 (s. auch 46-49).

25-27: *Et subito - voluntatis*: Ivo, Decr. II,71 (s. auch 21f.; 46-48); Gratian D. I de cons. c. 48 (s. auch 21f.; 46-48).

<sup>10</sup> et fehlt V630

<sup>11</sup> in accusationibus et infamationibus suis, ita nec clerici debent eos recipere fehlt VD38

<sup>12</sup> accusationibus et infamationibus suis, ita nec clerici debent eos recipere fehlt I83

<sup>13</sup> recipere in korr. aus recipere O93

<sup>14</sup> suis fehlt V630

<sup>15</sup> semper esse] esse semper I83

<sup>16</sup> ac V630

<sup>17</sup> am Rande servitiis VD38

<sup>18</sup> am Rande Qualiter ordo clericorum domino sit serviendus I83

<sup>19</sup> ac VD38

<sup>20</sup> orationibus domino korr. aus orationibus V630

<sup>21</sup> am Rande coniungi VD38

<sup>22</sup> am Rande Ut sancta domini salvatoris nocte missa celebretur et ut gloria in excelsis deo cantetur I83

<sup>23</sup> am Rande festive honorifice VD38

<sup>24</sup> super V630

<sup>25</sup> Et fehlt I83

angelo multitudo militiae caelestis, laudantium deum et dicentium: Gloria in altissimis deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis.

- 30 Ceterum considerat impius iustum et quaerit, ut occidat eum. Dominus non derelinquet<sup>26</sup> eum in manus eius, et non condemnabit eum, cum iudicabitur illi. Exspecta dominum et custodi viam<sup>27</sup> eius, et exaltabit te, ut possideas terram, cum interibunt impii, videbis<sup>28</sup>. Vidi impium robustum<sup>29</sup> et fortissimum<sup>30</sup> sicut indigenam virentem et transivi, et ecce non erat, et quaesivi eum, et non est inventus<sup>31</sup>. Custodi simplicitatem et vide rectum, quia erit in extremum<sup>32</sup> viro pax. Praevaricatores  
 35 autem interibunt pariter, et novissimum impiorum peribit<sup>33</sup>. Salus autem iustorum a domino, fortitudo eorum in tempore tribulationis, et auxiliabitur eis dominus et salvabit eos, eripiet eos ab impiis et salvabit eos, quia speraverunt<sup>34</sup> in eum<sup>35</sup>. Et alibi: Quid gloriaris in malicia, potens? Misericordia<sup>36</sup> dei tota die. Insidias<sup>37</sup> cogitavit lingua tua quasi novacula acuta faciens dolum. Dilexisti maliciam magis<sup>38</sup> quam bonum, mendacium magis quam loqui iustitiam. Dilexisti omnia verba ad devorandum,  
 40 lingua dolosa, sed deus destruet te in sempiternum, terrebit et evellet te de tabernaculo et eradicabit te de terra viventium, et videbunt iusti et timebunt et super eum ridebunt. Ecce vir, qui non posuit deum fortitudinem suam, sed speravit in multitudine<sup>39</sup> divitiae<sup>40</sup> 41 suae<sup>42</sup>, confortatus est in<sup>43</sup> insidiis<sup>44</sup> suis. Ego autem sicut oliva virens in domo dei, speravi in misericordia dei, in

### Quellen:

30-37: *Ceterum - eum*, Ps. XXXVI. 32-40.

37-45: *Quid – tuorum*, Ps. LI. 3-11.

<sup>26</sup> derelinquat VD38

<sup>27</sup> vias V630

<sup>28</sup> videbunt VD38

<sup>29</sup> *am Rande* fortem VD38

<sup>30</sup> fortis VD38

<sup>31</sup> inventus *korr. aus* inventus locus VD38

<sup>32</sup> extremo VD38

<sup>33</sup> peribunt I83

<sup>34</sup> speraverunt *korr. aus* sperunt N442

<sup>35</sup> eo N442

<sup>36</sup> Misericordia dei tota die *fehlt* I83

<sup>37</sup> Indias VD38

<sup>38</sup> magis quam bonum] super benignitatem I83

<sup>39</sup> multitudinem I83

<sup>40</sup> misericordiae V630

<sup>41</sup> divitiae suae] divitiarum suarum I83

<sup>42</sup> suarum VD38

<sup>43</sup> in insidiis] divitiis V630

<sup>44</sup> divitiis V630

saeculum et in aeternum. Confitebor tibi in saeculum, quoniam<sup>45</sup> fecisti, et exspectabo nomen tuum,  
45 quoniam<sup>46</sup> bonum in conspectu misericordium<sup>47 48</sup> tuorum.

Reliquis<sup>49</sup> enim temporibus missarum celebrationes ante horam diei<sup>50</sup> tertiam minime sunt<sup>51</sup>  
celebrandae, quia<sup>52 53</sup> eadem hora et dominus crucifixus et super apostolos spiritus sanctus  
descendisse legitur. [H. 3] Ab<sup>54</sup> episcopis autem<sup>55</sup> idem<sup>56</sup> angelicus hymnus pro tempore et loco in  
missarum solemnibus celebrandus est atque solemniter recitandus.

50 Ipsi<sup>57</sup> enim, qui proprio ore corpus domini conficiunt<sup>58 59</sup>, ab omnibus<sup>60</sup> oboediendi et timendi et  
non dilacerandi<sup>61</sup> aut detrahendi, quia<sup>62 63</sup>, a quibus se domini populus benedici<sup>64</sup>, salvari et instrui

### Quellen:

46f.: *Reliquis – crucifixus*, Telesf. vit. c. 2. in libr. pontif.

48f.: *Ab - recitandus*, Telesf. vit. c. 2. in libr. pontif.

50: *qui - conficiunt*, Hieronym. ep. ad Heliod. no. 8. (1, 34.) aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 97. Cf. Pont. 2, Ant. 7, Fel. II. pp. 11, Dam. 20.

### Rezeption:

46-48: *Reliquis – legitur*: Coll. Ans. ded. XI,42 (s. auch 21-29); Ivo, Decr. II,71 (s. auch 21f.; 25-27) Gratian D. I de cons. c. 48 (s. auch 21f.; 25-27).

46-49: *Reliquis – recitandus*; Ps.-Remedius c. 29 (s. auch 21-29).

46-48: *missarum – legitur*: Regino I,188 (48: *legitur*] *legitur excepta nocte sanctae nativitatis*); Burchard III,63 (48: *legitur*] *legitur excepta nocte sanctae nativitatis*); Ivo, Decr. III,65 (48: *legitur*] *legitur excepta nocte sanctae nativitatis*); Ivo, Pan. II,40 (48: *legitur*] *legitur excepta nocte sanctae nativitatis*); Polycarpus III,16,5 (48: *legitur*] *legitur excepta nocte sanctae nativitatis*).

48f.: *Ab – recitandus*: Coll. Ans. ded. X,98.

50-53: *Ipsi – magistrum*: Ivo, Decr. VI,314 (50: *Ipsi enim*] *Sacerdotes*) (s. auch 58f.); Gratian C. VI, q. 1, c. 8 (50: *Ipsi enim*] *Sacerdotes*) (s. auch 58f.; 74f.).

50-60: *Ipsi – sunt*: Anselm v. Lucca III,13 (s. auch 71-80); Polycarpus V,1,8 (s. auch 7-18; 71-80).

50-65: *Ipsi – humanarum*: Bonizo III,41 (Inskription: *Calistus*; 58: *ordinationem*] *constitutionem*).

<sup>45</sup> quia I83

<sup>46</sup> quoniam bonum fehlt VD38

<sup>47</sup> am Rande hoc est sanctorum quia die imitantur misericordiam VD38

<sup>48</sup> misericordium tuorum] misericordiarum tuarum I83

<sup>49</sup> am Rande Ante horam diei tertiam missa non sit celebranda I83; Quod ante horam tertiam missam dominicis diebus missas non sint celebrande VD38

<sup>50</sup> diei korr. aus die O93; die VD38

<sup>51</sup> sunt fehlt I83; VD38

<sup>52</sup> am Rande De sacerdotibus a vulgo non iudicandis I83

<sup>53</sup> quia korr. aus qui V630

<sup>54</sup> Vor Ab Rubrik DE EPISCOPIIS NON ARGUENDIS A POPULO VD38

<sup>55</sup> autem fehlt VD38

<sup>56</sup> idem korr. aus ide VD38

<sup>57</sup> am Rande De episcopis non arguendis a populo N442

<sup>58</sup> am Rande consecrantur VD38

<sup>59</sup> conficiunt ab omnibus korr. aus conficiunt V630

<sup>60</sup> omnibus] omnibus sunt O93

<sup>61</sup> dilacerandi] dilacerandi sunt VD38

<sup>62</sup> am Rande De sacerdotibus a vulgo non iudicandis I83

<sup>63</sup> am Rande Item de episcopis non arguendis qui accusanda populus non audeat O93

<sup>64</sup> benedici] benedici et N442; I83; VD38

cupit, nullatenus eos debet arguere, nec vulgus<sup>65</sup> in eorum accusatione<sup>66</sup> suscipi. Populus enim ab eis docendus est et corripiendus, non ipsi ab eo, quia non est discipulus super magistrum. Nullo modo igitur domini pontifices et reliqui sacerdotes, quibus domini commissa<sup>67</sup> est plebs, rite<sup>68</sup> 55 populum possunt corrigere, si deceptionis se cognoverint<sup>69</sup> laqueo infestari<sup>70</sup>. Unde<sup>71</sup> iustum est omnes in<sup>72</sup> universo orbe doctores legis ea, quae legis sunt, sapere, et non sacerdotes domini labiis suis aut quibuslibet machinationibus<sup>73</sup> maculare<sup>74</sup>, dum ipsos disponunt<sup>75</sup> aut cupiunt maculare, potius<sup>76</sup> seipsos maculant et vulnerant. Dei ergo ordinationem accusat<sup>77</sup>, qua<sup>78</sup> constituuntur, qui 60 sacerdotes accusat vel damnari<sup>79</sup> cupit, a quibus se omnes fideles cavere debent, quia non solum, qui faciunt, sed, qui consentiunt facientibus, rei sunt. Christus enim filius<sup>80</sup> dei dominus<sup>81</sup> noster humano generi salutem<sup>82</sup> condonans plenam de nobis ait: Qui vos recipit, me recipit, et qui vos spernit, me spernit. Si ergo dominus in eis recipitur et reicitur<sup>83</sup> <sup>84</sup>, procul dubio ipsius sunt, qui in eis reicitur vel suscipitur<sup>85</sup>. Et tu, quis<sup>86</sup> es, qui iudicas servum<sup>87</sup> alienum? Procul dubio

---

### Quellen:

53: *quia - magistrum*, Matth. X. 24.

55-58: *Unde - vulnerant*, Cass. hist. trip. V. 29. Cf. Anacl. 6.

58f.: *Dei - cupit*, c. 1. Angilr. aut Ben. II. 365. III. 167. (Isid. sent. III. 39. no. 2). Cf. Euseb. 9.

59f.: *quia - sunt*, Ben. III. 261. 386. (Rom. I. 32). Cf. Anacl. 19, Alex. 6, Pii 8, Fab. 6, Luc. 7, Iul. 10, Pelag. II. pp. ep. 1.

61f.: *Qui vos recipit - spernit*, Matth. X. 40. Luc. X. 16.

63: *Et - alienum*, Rom. XIV. 4.

### Rezeption:

53-65: *tu - prohibent*: Ivo, Decr. XVI, 112.

58f.: *Dei - cupit*: Ivo, Decr. VI, 314 (s. auch 50-53); Gratian C. VI, q. 1, c. 8 (s. auch 50-53; 74f.).

---

<sup>65</sup> *am Rande* vulgus dicitur rustica multitudo VD38

<sup>66</sup> accusationem VD38

<sup>67</sup> commissa est *korr. aus* commisse O93

<sup>68</sup> *am Rande* recte VD38

<sup>69</sup> cognoverunt V630; agnoverint VD38

<sup>70</sup> *am Rande* persequi VD38

<sup>71</sup> *am Rande* Doctores legis que legis sunt sapere non sacerdotes dei molestare I83; Quod episcopi et reliqui domini sacerdotes nullatenus argui a populo nec a vulgo debeat accusari VD38

<sup>72</sup> *in fehlt* V630; I83

<sup>73</sup> *interlinear* malignis et insidiosis dispositionibus VD38

<sup>74</sup> maculari I83

<sup>75</sup> disponunt *korr. aus* ponunt V630

<sup>76</sup> potius *korr. aus* potios O93

<sup>77</sup> accusant I83

<sup>78</sup> qua constituuntur qui] qui eos qui ab eo constituuntur *korr. aus* quia constituuntur qui V630; qua constituuntur *fehlt* VD38

<sup>79</sup> damnare I83; VD38

<sup>80</sup> filius dei] dei filius I83

<sup>81</sup> deus I83

<sup>82</sup> salutem *korr. aus* saluti O93

<sup>83</sup> *am Rande* repellitur VD38

<sup>84</sup> reicitur *korr. aus* recitur V630

<sup>85</sup> suspicitur I83

<sup>86</sup> qui O93

<sup>87</sup> servum alienum] alienum servum I83

transgressores legis dei et apostolorum atque prophetarum, et non solum harum<sup>88</sup>, sed etiam  
 65 humanarum. Omnes<sup>89</sup> enim leges tam divinae quam et humanae alienum servum iudicare prohibent.  
 Quid, putas, erit de te, cum transgressores et conculcatores<sup>90</sup> legis dei damnabuntur? Profecto et  
 tu damnaberis, quia postposuisti mandatum dei et tuam adimplesti voluntatem, quoniam sicut digni  
 sunt, qui mandata<sup>91</sup> dei adimplent atque custodiunt, ita rei et digni sunt morte, qui ea postponunt<sup>92</sup>  
<sup>93</sup> et in vanum<sup>94</sup> ducunt<sup>95</sup>. Est enim<sup>96</sup> in apostolicis scriptum institutis: Alterius vitam nemo laceret<sup>97</sup>  
 70 et de malo alieno os suum non coinquinet.

[H. 4] Accusatores<sup>98</sup> vero et accusationes, quas leges saeculi non admittunt, et nos submovemus<sup>99</sup>,  
 et accusatori omni<sup>100</sup> non<sup>101</sup> credi decernimus<sup>102</sup>, qui absente adversario causam suggesserit<sup>103</sup> <sup>104</sup>  
 ante utriusque<sup>105</sup> partis iustam discussionem<sup>106</sup>. Nec hi, qui non sunt idonei, suscipiantur ad  
 accusationem, et omnes, qui adversus patres armantur<sup>107</sup>, infames<sup>108</sup> esse censem<sup>109</sup>. Patres enim

---

### Quellen:

65: *Omnes - prohibent* sec. Ben. III. 441. tit. Cf. Clem. 38.

69f.: *Alterius - coinquinet*, Isid. syn. II. no. 50.

71: *Accusatores - submovemus*, Ben. III. 108. (c. 96. conc. Afric. D.). Cf. Ben. II. 381. III. 307. c. 9. Angilr., Praef. 7, Calist. 16, Steph. 7, Euseb. 2, Iul. 7, 12, Fel. II. pp. 12. xv., Dam. 14.

72f.: *non - discussionem*, int. c. 9. C. Th. XI. 39. aut Ben. III. 238. Cf. Iul. 12.

73: *Nec - idonei*, sec. int. c. 13 C. Th. XI. 39.. Cf. Anacl. 19, Iul. 12.

### Rezeption:

71: *Accusatores – submovemus*: Deusdedit IV, 314.

71-75: *Accusatores – insidiandi*: Ivo, Decr. VI, 315 (71: *vero* fehlt; 75: *omnes*] *omnes id est sacerdotes; 75: respuendi*] *respuendi aut accusandi*).

71-79: *Accusatores – salvatori*: Ps.-Remedius c. 30; Bonizo III, 44.

71-80: *Accusatores – dolum*: Anselm v. Lucca III, 13; (s. auch 50-60); Polycarpus V, 1, 8 (s. auch 7-18; 50-60).

71-87: *Accusatores – illaqueemur*: Coll. Ans. ded. III, 47.

72f.: *accusatori – discussionem*: Gratian C. III, q. 9, c. 1.

73f.: *hi – censem*: Anselm v. Lucca III, 3.

---

<sup>88</sup> *am Rande* subauditur legum VD38

<sup>89</sup> *am Rande* Alienum servum non esse iudicandum I83

<sup>90</sup> *am Rande* contemptores VD38

<sup>91</sup> *mandatum* V630

<sup>92</sup> *am Rande* dispiciunt VD38

<sup>93</sup> *proponunt* O93; *postponunt* *korr. aus* proponunt V630

<sup>94</sup> *vanam* *korr. aus* nam O93

<sup>95</sup> *ducunt* *korr. aus* dicunt O93; *dicunt* VD38

<sup>96</sup> *enim* *fehlt* V630

<sup>97</sup> *am Rande* detrahat VD38

<sup>98</sup> *am Rande* De absente accusato I83

<sup>99</sup> *am Rande* removemus VD38

<sup>100</sup> *omnino* V630

<sup>101</sup> *nonon* I83

<sup>102</sup> *am Rande* iudicamus VD38

<sup>103</sup> *am Rande* denunciaverit VD38

<sup>104</sup> *suggererit* *korr. aus* gesserit O93

<sup>105</sup> *utriusque* *korr. aus* utrius O93

<sup>106</sup> *am Rande* inquisitionem VD38

<sup>107</sup> *armantor* I83

<sup>108</sup> *am Rande* turpes repraehensibiles indigni ad accusationem VD38

<sup>109</sup> *am Rande* iudicamus VD38

75 omnes venerandi sunt, non respuendi aut insidiandi<sup>110</sup>. Hi<sup>111</sup> vero, qui cum inimicis morantur aut, qui suspecti habentur, minime recipiantur, quia eorum aemulatio<sup>112</sup> lacerat etiam innocentes. Hunc murum firmissimum statuerunt patres nostri, et nos cum eis contra persecutores vestros, ut hoc remedio eorum<sup>113</sup> pellantur<sup>114</sup> machinamenta<sup>115</sup>, et vos sanctiores et securiores famulari<sup>116</sup> 117 mereamini vestro salvatori. De talibus enim insidiatoribus et accusatoribus servorum suorum loquitur

80 dominus per prophetam dicens: Os tuum misisti ad maliciam et lingua tua concinnabat dolum, sedens adversus fratrem tuum loquebaris, in filium matris tuae fabricaveris<sup>118</sup> opprobrium. Haec fecisti et tacui, existimasti futurum<sup>119</sup> me similem tui? Arguam te et proponam<sup>120</sup> ante oculos tuos. Intellegite haec, qui obliviscimini deum, ne forte rapiam<sup>121</sup> et non sit, qui liberet. Languentes<sup>122</sup> autem in isto conamine<sup>123</sup> notandi sunt et<sup>124</sup> a talibus repellendi. Tales enim membra sunt diaboli,

85 qui sursum atque deorsum pervolans quaerit, quos possit occidere<sup>125</sup>, quos possit separare, quos possit devorare. Propter quam rem vigilandum est et armis caelestibus sumus muniendi<sup>126</sup>, ne in

### Quellen:

74: *et - censemus*, Procli ep. ad Domn. Ant. aut Ben. III. 374. aut c. 19 (bis) Angilr. Cf. Fab.18, Steph. 2, Iul. 12, Pelag. II. ep. 1. (Alex. 6, Steph. 13, Euseb. 5).

74f.: *Patres - insidiandi* sec. Ben. I. 322.

75f.: *Hi - recipiantur*, Ben. III. 187. Cf. Iul. 12, Symm. syn. V, Ioh. I. pp. ep. 1.

76-78: *Hunc - machinamenta*, Cass. hist. trip. V. 29.

80-83: *Os - liberet*, Ps. XLIX. 19-22.

85f.: *qui - est*, Flaviani episc. Constant. ep. 1. ad Leon. M. c. 1. vers. antiqu. (Leon. M. op. ed. Ballerin. 1, 758). Cf. Lib. 2.

### Rezeption:

74f.: *et - insidiandi*: Gratian C. VI, q. 1, c. 8 (s. auch 50-53; 58f.).

<sup>110</sup> *am Rande* insidiis affligendi VD38

<sup>111</sup> *am Rande* De suspectis I83

<sup>112</sup> *am Rande* invidia VD38

<sup>113</sup> eorum *fehlt* V630

<sup>114</sup> *am Rande* repellantur VD38

<sup>115</sup> *am Rande* fraudes insidie VD38

<sup>116</sup> *am Rande* servire VD38

<sup>117</sup> famulari *korr. aus* familiari N442

<sup>118</sup> fabricabar *V630; VD38*

<sup>119</sup> futurum *me korr. aus* futurum O93; futurum *me korr. aus me* futurum V630

<sup>120</sup> ponam I83; VD38

<sup>121</sup> rapiat *korr. aus* rapiam V630

<sup>122</sup> *am Rande* infirmantes VD38

<sup>123</sup> *am Rande* labore certamine VD38

<sup>124</sup> et a *korr. aus* et O93

<sup>125</sup> occidere, quos possit separare, quos possit devorare *korr. aus* devorare O93

<sup>126</sup> *interlinear* protegendi VD38

eius compedibus<sup>127 128</sup> incidamus<sup>129</sup> aut eius foveis<sup>130</sup> illaqueemur<sup>131 132</sup>. [H. 5] Decet enim in talibus  
causis hoc maxime provideri<sup>133</sup>, ut sine strepitu<sup>134</sup> concertationum<sup>135</sup> et caritas custodiatur et veritas  
defendatur, atque innocentes et<sup>136</sup> domini ministri illaesi<sup>137</sup> liberentur. De bonis ergo et legem  
90 domini custodientibus fratribusque adiuvantibus et non nocentibus sed supportantibus<sup>138</sup> ait<sup>139</sup> per  
prophetam dominus: Non sedi cum viris vanitatis et cum superbis non ingrediar<sup>140</sup>. Odivi ecclesiam  
pessimorum et cum impiis non sedebo. Lavabo in innocentia palmas meas, et circumibo altare<sup>141</sup>  
tuum, domine, ut clara voce praedicem laudem<sup>142</sup> et narrem omnia mirabilia tua. Domine, dilexi  
habitaculum domus tuae et locum tabernaculi gloriae tuae, ne apponas<sup>143 144</sup> cum peccatoribus  
95 animam meam<sup>145</sup>, et cum viris<sup>146</sup> sanguinum vitam meam, in quorum manibus scelus<sup>147</sup> et dextera  
eorum repleta est muneribus<sup>148</sup>. Ego autem in simplicitate mea gradiar, redime<sup>149</sup> me et miserere<sup>150</sup>  
mei. Pes meus stetit in recto<sup>151</sup>, in ecclesiis benedicam domino.  
Concordent igitur cum omnibus dei sacerdotibus haec<sup>152</sup> caritatis sententiae<sup>153</sup>, in quibus vos fixos

### Quellen:

87-89: *Decet - defendatur*, Leon. M. ep. 23. c. 2. (1, 765).

91-97: *Non -domino*, Ps. XXV. 4-12.

---

<sup>127</sup> *am Rande* vincula VD38  
<sup>128</sup> compedes VD38  
<sup>129</sup> *interlinear* corruamus VD38  
<sup>130</sup> *interlinear* deceptionibus VD38  
<sup>131</sup> *am Rande* constringamur VD38  
<sup>132</sup> inlaqueemur *korr. aus* illaqueamur V630; illaqueamur I83  
<sup>133</sup> *interlinear* procurari VD38  
<sup>134</sup> *interlinear* sonitu VD38  
<sup>135</sup> *interlinear* certaminum VD38  
<sup>136</sup> et *fehlt* I83  
<sup>137</sup> *am Rande* salvi sine lesione VD38  
<sup>138</sup> *interlinear* sustinentibus VD38  
<sup>139</sup> ait *korr. aus* at VD38  
<sup>140</sup> egrediar I83  
<sup>141</sup> altere I83  
<sup>142</sup> laudem] laudem tuam *korr. aus* laudem V630  
<sup>143</sup> *am Rande* coniungas VD38  
<sup>144</sup> ponas *korr. aus* poenas V630  
<sup>145</sup> meam] meam meam N442  
<sup>146</sup> viri VD38  
<sup>147</sup> *am Rande* peccatum VD38  
<sup>148</sup> munebus I83  
<sup>149</sup> *am Rande* liberet VD38  
<sup>150</sup> misere N442  
<sup>151</sup> recto] via recta V630; directo I83  
<sup>152</sup> he V630; VD38  
<sup>153</sup> sententia I83

et firmos existere iudicamus. Deus vos incolumes<sup>154</sup> custodiat<sup>155</sup>, filii carissimi. Data XV Kal.

100 Martii, Antonio<sup>156</sup> et Martio<sup>157</sup> vv. cc. cons.

---

**Quellen:**

99: *Deus - carissimi*, Greg. III. ep. ad Bonif. (int. ep. S. Bonif. no. 25. p. 68). Cf. Clem. 55, Bonif. II. exemp. prec.

100: Nota cons. fictit.

---

<sup>154</sup> *am Rande sanos VD38*

<sup>155</sup> *custodiat I83*

<sup>156</sup> *antonino I83*

<sup>157</sup> *Marco V630*